Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXXIV. De iis qui ad gynaecea, vel in servitutem dati erant, liberandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Caput XXXIV.

De iis qui ad gynæcea vel in ſervitutem dati erant, liberandis.

QUicumq; item nobilitate ſua per vim ſpoliati, hujuſcemodi judicum ſententiam exceperunt, ut in gynæcea aut linyphia contruſi, durum atque ærumnoſum laborem perferrent, aut ſervi fiſci haberentur, nihil ipſis proficiente priſtino ſplendore natalium; hi & honorum quibus antea fruebantur, & libertatis prærogativa gaudentes, priſtina dignitate recuperata, cum omni deinceps hilaritate vitam traducant. Sed & is qui libertatem ſervitute mutavit per injuſtam ac inhumanam venditoris audaciam; & qui ſæpenumero inſueta ſibi miniſteria deflevit, velut repentina mutatione ſervum ſe ex libero factum intelligens; nunc ex præcepto noſtro priſtinam recuperans libertatem, ſeipſum parentibus reddat, & labores homine libero dignos obeat: obſequiorum minimè ipſi convenientium quibus antea perfunctus eſt, memoriâ penitus ex animo deletâ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ΄.

Ἀπολύσεις τῶν ἐν γυναικείοις, ἢ εἰς δουλείαν δοθέντων ἐλευθέριων.

ΚΑὶ μὴν ὅσοι τῆς εὐγενείας πρὸς βίαν στερόμενοι, τοιοῦτόν τινα γνώσει δικαστῶν ὑπέστησαν, ὥστε καὶ ἢ γυναικείοις ἢ λινυφίοις ἐμβληθέντες, ἀπηνῆ τε καὶ ἄθλιον ὑπομένειν κόπον, ἢ οἰκέται νομίζεσθαι τοῦ ταμείου, οὐδὲν αὐτοῖς τῆς προτέρας ἐπαρκεσάσης γενέσεως, οὗτοι τιμῶν τε ὧν ἀπήλαυον πρόσθεν, καὶ τοῖς ἐλευθερίας καλοῖς ἐνευφραινόμενοι, ἀνακαλεσάμενοι τὰς συνήθεις ἀξίας, μετὰ πάσης
B λοιπὸν εὐφροσύνης βιούντων· καὶ ὁ δουλείαν τῆς ἐλευθερίας ἀλλαξάμενος, ἀθεμίτῳ τινὶ καὶ ἀπανθρώπῳ δήπου ἀπονοίᾳ, πολλάκις τε τὰς ἀήθεις διακονίας ἀποδυράμενος, καὶ οἷον αἰφνίδιον οἰκέτην ἑαυτὸν ἀντ' ἐλευθέρου γνούς, ἐλευθερίας τῆς πρόσθεν καθ' ἡμέτερον λαβόμενος πρόσταγμα, ἀποδιδότω τε τοῖς γεννήτορσιν ἑαυτόν, καὶ πόνους τοὺς ἐλευθέρῳ πρέποντας μετίτω. ἃς πρότερον ἐμόχθησεν οὐκ οἰκείας διακονίας, ἐκβαλὼν τῆς μνήμης.

C

Caput XXXV.

De ſucceſſione bonorum Martyrum & Confeſſorum, & eorum qui relegati fuerant, & quorum bona in fiſcum relata.

SEd nec de facultatibus, quibus ſinguli varias ob cauſas nudati ſunt, ſilere nos convenit. Proinde ſi qui egregium ac divinum martyrii certamen intrepido ac fidenti animo ſubeuntes, bonis ſuis ſpoliati ſunt; aut Confeſſores effecti, æternorum ſibi bonorum ſpem compararunt: ſeu qui ex patria migrare compulſi eo quòd fidem ſuam prodendo perſecutoribus cedere nollent, facultatibus ipſi quoque exuti ſunt: denique ſi qui capitali ſententia minimè damnati, bonorum tamen jacturam ſuſtinuerunt: horum omnium hæreditatem proximis tribui jubemus. Porrò cùm leges disertè præcipiant, ut ex cognatis proximiores hæreditatem accipiant, facile eſt dignoſcere cuinam hæreditas debeatur. Adhæc rationi conſentaneum eſt, ut ii ad ſucceſſionem veniant, qui propinquiores erant futuri ſi illi ſua morte obiiſſent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ΄.

Περὶ κληρονομίας οὐσιῶν τῶν μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν καὶ μετοικισθέντων, καὶ δημευθέντων.

ΠΑρεατέον δὲ οὐδὲ τὸ τῶν οὐσιῶν ὧν ἕκαστοι κατὰ διαφόρους ἐστερήθησαν προφάσεις. ἀλλ' εἴ τέ τινες τὸν ἄριστον ὑποστάντες καὶ θεῖον ἀγῶνα τοῦ μαρτυρίου, ἀφόβῳ τε καὶ θαρσαλέᾳ τῇ γνώμῃ τῶν ὄντων ἐστερήθησαν. εἴτε τινὲς ὁμολογηταὶ καταστάντες, τὴν αἰώνιον ἐλπίδα παρεσκεύασαν ἑαυτοῖς. ὅσοι τε μετοικεῖν καταναγκασθέντες, ὅτι μὴ τοῖς διώκουσιν εἶξαν προδόντες τὴν πίστιν, τῶν ὄντων ἐστέροντο καὶ αὐτοί·
D ἢ εἴ γέ τινες οὐδὲ καταγνωσθέντες θανάτου, στέρησιν ἐδυστύχησαν τῶν ὄντων. τούτων τὴν πρὸς γένους προσνέμεσθαι τοὺς κλήρους προστάττομεν. πάντως δὲ διαγορευόντων τῶν νόμων τῶν ἀγχιστέων τοὺς ἐγγυτέρους, ῥᾴδιον διαγινώσκειν οἷς προσήκουσιν οἱ κλῆροι. καὶ ὅτι οὗτοι κατὰ λόγον ἐπὶ τὴν διαδοχὴν ἔλθοιεν ἄν, οἵπερ ἦσαν οἰκειότεροι, καὶ αὐτομάτῳ χρησαμένων οἰκείων τῷ τέλει.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN